Rudibus annis contemplacionis studiorum scolarium
Idem vero preclare indolis puer tanta avidi-
tate ac memoria litteras cepit capere, quod de
paucis annorum curriculis transactis non solum
hystoriarum studiis superficiem penetraret, verum
eciam intimas mentorum medullas investi-
garet. Quam ob rem disperiatus iam mini-
me contentus est discere locis, sed ubi tunc in Ger-
manie partibus maxime pollebat scolare studium
patre ducente Bitallassium adiit idest Augiense
cenobium. Ubi quia eius fama ingenii precedens
audiebatur, gratanter est susceptus. Brevique tempore
dilapso magistris qui illius capacitate admiracione
fruebantur efficitur suspectus. Verumtamen ille
despectionis fastu ex summi ingenii eminentia intumes-
cebat, sed cum omnibus in domo domini ambula-
bat cum consensu. Per idem tempus fuit in loco
prefato propter studium scolare quidam Hainricus
eximia Francorum Suevorumque prosapia genitus,
qui supradictum iuvenem maximo sibi amici-
cie amore copulavit, unde ut secum ad Herbipolim,
que a rusticis Wirtzpurck vocatur, veniret.
Hoc autem ideo propensius suadebat quia eius
Poppo nomine monarchiam illius episcopii tenebat